

senciens in dignitate constitutum vidensque vicinos suos comites divitiis habundare se autem respectu aliorum in paupertate seu miseria cogitavit, quomodo posset divitias comprehendere temporales. Considerans autem quod res magnas per preces et justiciam comprehendere non valeret, deliberavit intra se, quod vicinos suos vellet preliis inugnare etc.

De barone de Tuffenstein

Suis temporibus fuit baro¹⁵⁾ dictus de Tuffenstein^{f)} juvenis nobilis, 240,
satis dives habens castrum bonum, in quem plurimum confidebat. Res 35—39
vero suas Rüdolphus libenter habuisset, si eas comprehendere potuisset. Occasione igitur accepta | cepit juvenem inugnare. Sed cum eum vincere fol. 174v
per potenciam non valeret, pacem cum eo fraudulenter fecit et per quosdam suos familiares insidias ei posuit et hi eum turpiter occiderunt.

De comite Gotfrido de Loffenberg

Post hec cepit inugnare comitem Gotfridum de Loffenberg¹⁶⁾, puerum 240,
virtuosum filium avunculi sui¹⁷⁾ eique villas plurimas devastavit. Comes 40—241, 2
vero Gotfridus quodam mane cum civibus suis de Loffenberg Bruccu¹⁸⁾ castellum adiit apertumque invenit, potenter intravit et omnia, que reperit, in castellum suum cum gaudio transferebat. Multi viri cum mulieribus evaserunt.

De domino de Kiburg

241, 3—13

Hic comes¹⁹⁾ filiam comitis de Sabaudia²⁰⁾ duxit uxorem. Videns autem se ex ea filios habere non posse, dignitates suas domino episcopo Argentinensi²¹⁾ tradidit tali condicione seu pacto (ut quidam dixerunt),

f) Hs. Tuffenstein

¹⁵⁾ Tiefenstein, Kreis Waldshut. Welcher Angehörige des Geschlechtes von Tueffenstein gemeint ist, bleibt unklar. Zum Geschlecht vgl. K i n d l e r v. K n o b l o c h, Oberbadisches Geschlechterbuch Bd. 1 (1898), S. 256.

¹⁶⁾ Gottfried von Habsburg-Laufenburg, gest. 1271.

¹⁷⁾ Rudolf III. von Habsburg-Laufenburg, gest. 1249, war der Bruder von König Rudolfs Vater Albrecht IV.

¹⁸⁾ Brugg im Aargau. Zum Datum der Zerstörung Ann. Colm. min. MGH SS 17, 190, 4 : 1242.

¹⁹⁾ Hartmann IV. d. A. von Kiburg (Dillinger Linie), gest. 1264.

²⁰⁾ Margarethe von Savoyen, Tochter Thomas' I. von Savoyen, gest. 1273. Die Heirat fand am 6. 1. 1218 statt.

²¹⁾ Berthold von Teck 1223—1244. Die Urkunde vom 25. 4. 1244 (vgl. A. Hessel — M. Krebs Regesten der Bischöfe von Straßburg Bd. 2 [1928] Nr. 1129).